

§ 66.

Tropi archaeologici.

In sermone orientalium antiquorum imprimis Hebraeorum, ergo etiam in Bibliis, innumeros invenies tropos de rebus et moribus, factis et fatis populi depromptos, qui sine uberiore archaeologiae et historiae scientia non intelliguntur. Eorum praecipui in Bibliis sunt sequentes.

Aqua (fons) et umbra in oriente rarae et pastoribus gratae gaudium, quietem et prosperitatem significant. Aquarum penuria et siccitates tristitiam ac miseriam designant.

Bellum et pax. Bellum olim atrocissimum significavit omnium malorum summam, et vice versa pax omnium bonorum copiam.

Convivium. Quum mos antiquorum Hebraeorum esset res secundas, pacta et foedera convivii celebrare, ideo *convivari, epulari* significat *laetari, amicitiam, pactum, foedus inire*. In convivio paterfamilias vel convivor ex urceo suam cuique portionem in calicem infundebat. Hebraei etiam Deum tamquam patremfamilias cogitabant, cuique bonam vel malam sortem largientem; ideo *calix* significat *sortem*.

E. g. »Dominus pars haereditatis meae et calicis mei« (Ps. 15, 5.) i. e. sors mea. »Calix in manu Domini . . . et inclinavit ex hoc in hoc.« (Ps. 74, 9.) »Potestis bibere calicem?« (Matth. 20, 22.) i. e. perferre sortem. »Transeat a me calix iste« (Matth. 26, 39.) sc. sors ista. Conf. Ps. 10, 7. 22, 5. 59, 5. 115, 4.

Fecunditas mulierum. Numerosa proles Hebraeis singulare Dei beneficium et benedictionis divinae pignus erat; e contrario sterilitas uxorum vel interitus stirpis pro maxima poena divina habebatur.

E. g. »Uxor tua sicut vitis abundans etc.« (Ps. 127, 3.) Conf. I. Reg. c. 1. Luc. 1, 25.

Imprecationes Hebraeis erant quasi figurae oratoriae. Peccata namque ab iis concrete, in persona malorum hominum cogitabantur; odium ergo peccati in peccatores erupit. Saepe tamen imprecationes illae potius prophetiae sunt quam maledicta.

Locusta erat plaga orientis frequentissima; ideo omnis generis vastationes, exercitum hostilem et graves poenas divinas significat. E. g. Joel. 1, 1.—2, 11.

Lux. Lumen, lucerna, lampas significant securitatem, laetitiam et res prosperas; tenebrae et nox incertitudinem, pericula, peccatum et calamitates. Ratio tropi est, quod Hebraei festa e. g. convivia ac

nuptias lucernis ornabant, et quod pericula ac peccata in tenebris serpere imminereque solent.

Ergo lucernam alicui accendere significat eum beatum facere; lucernam alicujus extinguere idem est ac periculum ei creare, eum miserum reddere; lux perpetua luceat ei significat in aeternum beatus sit. »Dominus illuminatio mea« i. e. gaudium meum, protector meus (Ps. 26, 1.). »Lux orta est justo« sc. felicitas ei obtigit (Ps. 96, 11.).

Matrimonium. Relatio populi Israel ad Dominum matrimonio comparatur et sub ejus imagine describitur. Ideo idololatria et infidelitas fornicatio vel adulterium vocantur.

E. g. Cant. Cant. Is. 54, 1. Jer. 2, 2. 3, 1—5. Ez. c. 16. 23, 2—45.

Oliva in Palaestina late propagata et hieme quoque virens, imago est pacis, felicitatis, abundantiae. Ramos late extendit et valde fructifera est; hinc symbolum est fecunditatis mulierum et copiosae prolis. Etiam *vitis* fecunditatem uxorum significat.

E. g. »Fili tui sicut novellae (propagines, surculi) olivarum.« Ps. 127, 3.

Pastor. Pastor apud orientales rem imprimis pecuariam exercentes significat custodem et ducem; pascere autem nutrire et curam alicujus agere. Hinc Deus et reges pastores, et populum suum pascere dicuntur.

E. g. »Virga tua et baculus tuus (pastoralis tua cura) ipsa me consolata sunt.« Ps. 22, 4. Deinde Is. 40, 11. Ez. 34, 22. sq. Zach. 13, 7. Joan. 10, 11. 14. 21, 15. sqq.

Porta significat magistratum, senatum, potentiam, fortitudinem. In oriente scilicet forum ad portas urbium erat situm, ubi nundinae, conventus, judicia, sermones, cantus, musica, choreae, festa celebrabantur. Insuper portae arcium instar turribus erant munitae. Ideo *portae inferi* significant consilia et imperium daemonum.

Theocratia. Regnum Dei sc. regnum Messianum sub imagine theocratiae describitur. Ipse Salvator dicitur per excellentiam Messias seu unctus i. e. rex et sacerdos. Sion et Jerusalem significant centra regni Dei. Hostes regni Dei etiam futuri vocantur Assyrii, Moabitae, Edomitae etc. Messias ipse vocatur David.

E. g. Jer. 30, 9. c. 31. Amos 9, 12. Mal. 4, 5. Apoc. 21, 2. 10. sq.

Unctio corporis orientalibus erat gratissima et frequentissima. In convivio hospites pretiosis liquoribus, aromatibus vel singularis honoris causa balsamo conspergebantur. Ideo *ungi, liquoribus perfundi* idem valet ac *convivio adesse*.

E. g. »Impinguasti in oleo caput meum« (Ps. 22, 5.) i. e. mensae tuae me adhibuisti, et liberalissime atque honorificentissime tractasti. »Myrrha et gutta et casia a vestimentis tuis« (Ps. 44, 9.) i. e. aromata redolent vestimenta tua, seu valde ornatus et honoratus es. »Oleum peccatoris non impinguet caput meum« (Ps. 140, 5.) i. e. nolo convivium, familiaritatem impiorum. »Oleum effusum nomen tuum« (Cant. 1, 2.) i. e. suave est nomen tuum, sicut olei unctio.

Vestimenta alicui *induere* significat eum *ornare*; aliquem *veste exuere* autem est *privare*. Orientales amplo vestium sinu pro sacco utebantur. Eidem ad laborem vel pugnam se praeparantes longa et ampla vestimenta (tunicam) circum alte cingebant. Sandalia solvere et ligare erat officium servorum infimorum. Qui mores multorum troporum ansas orientalibus dederunt.

E. g. »Confessionem et decorem induisti« (Ps. 103, 1.) i. e. gloria et decore ornatus es. »Reddam et retribuam in sinum eorum iniquitates vestras (i. e. scelerum poenas) . . . remetiar opus eorum in sinu eorum.« (Is. 65, 6. 7.) Similis est huic phrasi: »Oratio mea in sinu meo convertetur« (Ps. 34, 13.), ubi tamen significatio (incerta) est: quum lugens et jejunans humi sederem et caput in pectus inclinarem, oratio quasi in sinum reversa est. — »Sint lumbi vestri praecincti« (Luc. 12, 35.) i. e. estote parati ad laborem vel pugnam. »Cujus non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum ejus« (Marc. 1, 7. Luc. 3, 16.), vel »calceamenta portare« (Matth. 3, 11.) i. e. infima officia praestare. »Moab olla spei meae, in Idumaeam extendam calceamentum meum, mihi alienigenae subditi sunt« (Ps. 59, 10.), i. e. Moab pelvis mea lavatoria vel in pelvi mihi pedes lavabit; Idumaeis tamquam servis infimis projiciam calceamentum meum, vel in terra Idumaeae ponam pedem, mihi Philistaea acclamabit, vel a me conteretur.

§ 67.

Bibliographia antiquitatum biblicarum.

1. — *Generatim* de antiquitatibus biblicis tractant:
 - Philonis Judaei*, Opera omnia. Editio recentior a Richter. Lips., 1828—30. et 1851.
 - Josephi Flavii*, Antiquitates Jud. et De bello Judaico. Editiones recentiores: Fl. Josephi opera graece et latine. Recognovit Guil. Dindorfius, Paris, Firm. Didot, 1865. — Fl. Josephi opera, edidit et apparatu critico instruxit Bened. Niese, Berol. 1885—95. Versiones Germ. Antiquitatum a Kaulen 1892., operum omnium a Clementz, 1900. Hung. Belli, 1900.

- Blas. Ugolini*, Thesaur. antiquitatum sacrarum. Venet., 1744—69. 34 vol. fol.
- Deinde omnia *lexica* biblica supra enumerata.
- 2. — *Historia biblica*.
- G. Lor. Bauer*, Handb. der Gesch. der hebr. Nation. Nürnberg, 1800.
- I. M. Jost*, Gesch. der Israelit. seit der Zeit der Machab. Leipzig, 1820. sqq.
- J. Sepp*, Das Leben Christi. Regensb., 1843—46. 7 vol. — Gesch. der Apost. Ed. II. Schaffhaus. 1866.
- H. Kurtz*, Gesch. des A. B. Dorpat, 1848. Ed. III. 1864.
- D. B. Haneberg*, Gesch. der bibl. Offenb. München, 1849. Edit. IV. Regensb., 1876.
- J. Pollák*, Hist. revel. bibl. Pest, 1859.
- J. Dankó*, Hist. revel. div. A. et N. T. Vindob., 1866. sq.
- H. Zschokke*, Hist. sacra A. T. Vindob., 1872. Ed. IV. 1894.
- A. Köhler*, Lehrb. der bibl. Gesch. des A. B. Erlangen, 1875—85.
- F. Vigouroux*, La Bible et les découvertes modernes, Ed. IV. Paris, 1884. sq. Etiam versiones adsunt. Le nouveau Test. 1890.
- St. Pawlicki*, Der Ursprung des Christenthums. Mainz, 1885.
- J. Grimm*, Das Leben Jesu. Ed. II. Regensb., 1890—99. 7 vol.
- P. Didon*, Jésus-Christ. Paris, 1891. Etiam versiones factae sunt.
- Aem. Schöpfer*, Gesch. des Alt. Test. Brix., 1893.
- Vitam D. N. Jesu Christi* fere innumeri scripserunt.
- Opera rationalistica de historia biblica*:
 - D. F. Strauss*, Das Leben Jesu. 1835. etc.
 - H. Ewald*, Gesch. des jüdisch. Volkes bis auf Chr. 1843. Ed. III. 1863—68.
 - E. Renan*, Vie de Jésus, 1863. etc. Les apôtres, Saint Paul, Hist. du peuple d'Israel etc.
 - A. P. Stanley*, Lectures on the history of the Jewish church. London, 1867.
 - J. Wellhausen*, Gesch. Israels. Kiel, 1878. — Israel. und jüdische Gesch. Berlin, 1894.
 - B. Stade*, Gesch. des Volkes Israel. Berlin, 1887. sq. Die Entstehung des Volkes Israel. 1899.
- 3. — *Archaeologia biblica*. (Praeter opera Philonis et Josephi Flavii.)
 - Adr. Reland*, Antiquitates sacrae veter. Hebr. Halae, 1769.
 - J. Jahn*, Bibl. Archäol. Wien, 1796—1805. — Archaeologia bibl. in epitomen redacta. Viennae, 1805. et 1814. Opus in indicem relatum, quod emendavit Ackermann, Arch. bibl. Viennae, 1826.

- Conr. Iken*, Antiquit. Hebr. Ultraj. 1810. et 1818.
W. M. de Wette, Lehrbuch der hebr. jüd. Archäol. Berlin, 1814. Leipzig, 1830. Ed. IV. 1864.
E. F. C. Rosenmüller, Handb. der bibl. Alterthumskunde. Leipzig, 1823. sqq.
J. J. Pareau, Antiquitas hebr. Ultraj. 1828.
M. Scholz, Handb. der bibl. Archäol. Bonn, 1834.
E. Bertheau, Zur Gesch. der Israeliten. (Gewichte, Münzen und Maasse.) Göttin., 1842.
Jos. F. Allioli, Handb. der bibl. Alterthumskunde. Landshut, 1844.
H. Ewald, Alterthümer des Volkes Israel. Götting., 1848. Editio III. 1866.
C. F. Keil, Handb. der Archäol. Frankf., 1858. Ed. II. 1875.
D. B. Haneberg, Relig. Alterthümer der Bibel. Ed. II. München, 1869.
Paul Scholz, Die heil. Alterth. des Volkes Isr. Regensb., 1868.
A. Rich, Dictionnaire des antiqu. romaines et grecques. Trad. par Chéruef. Ed. III. Paris, 1883. Etiam versio German. existit.
L. Cl. Fillion, Atlas archéologique de la Bible. Lyon, 1883. Ed. II. 1886.
P. Schegg, Bibl. Archäol. Freiburg in Br. 1887.
Bern. Schäfer, Die rel. häusl. u. pol. Alterthümer der Bibel. Ed. II. Münster, 1891.
L. Karsch, Szentirási régiségtan. Nagyvárad, 1891.
L. Szekrényi, A bibliai régiségtudomány kézikönyve. Ed. II. Budapest, 1896.
4. — *Physica sacra*.
Sam. Bochart, Hierozoicon seu historia animalium S. Scripturae. Lond. 1663. Francof. a. M. 1665. Lips. 1799. Epitome a Rosenmüller. Lips. 1793. sqq.
J. Jac. Scheuchzer, Physica sacra, August. Vind. 1731—35.
Ol. Celsius, Hierobotanicon. Upsal. 1745—47.
P. Cultrera, Flora biblica. Palermo, 1861. — Fauna biblica. Palermo, 1880.
E. Robinson, Physical. Geogr. d. heil. Landes. Leipz. 1865.
Fillion, Atlas d'histoire naturelle de la Bible. Lyon, 1884.
Tristram, The natural history of the Bible. London, 1889.
5. — *Geographia biblica*.
Eusebius, Onomasticon cum vers. lat. Hieron.
S. Hieronymus, De situ locorum Hebr.

- Palaestinae descriptiones e saec. IV—VI. Edidit T. Tobler. St. Gallen, 1869.
S. Bochart, Geographia sacra. Cademi, 1646. Lugd. Bat. 1707.
A. Reland, Palaest. ex monum. veter. illustrata. Norimb. 1716.
E. F. K. Rosenmüller, Das alte und neue Morgenland. Leipzig, 1828—30. 6 vol.
Ackermann, Bibl. Atlas. Weimar, 1832.
C. Raumer, Palästina. Erlangen, 1835. Ed. IV. Leipz. 1860.
Ed. Robinson, Reise nach Paläst. und die südlich angrenzenden Länder. Halle, 1841. — Neuere bibl. Forschungen in Palästina. Berlin, 1857.
A. P. Stanley, Sinai and Palestine. Ed. V. London, 1850.
T. Tobler, Topogr. von Jerus. Berl. 1853. sq. Nazareth. Berl. 1868.
R. Pococke, Beschreibung des Morgenlandes.
L. Cl. Gratz, Schauplatz der heil. Schrift, Ed. II. München, 1858.
C. Tischendorf, Aus dem heil. Lande. Leipz. 1862. La terre sainte etc. Paris, 1868.
J. N. Sepp, Jerusalem u. das heil. Land. Schaffh. 1863. Meerfahrt nach Tyrus. Leipz. 1879. Die Felsenkuppel und die Tempel Jerusalems. Münch. 1882.
W. Morrison, The recovery of Jerusalem. London, 1871.
G. Ebers, Durch Gosen zum Sinai. Leipzig, 1872. II. Aufl. 1881.
Riess, Bibl. Geographie. Freib. 1872. — Bibel-Atlas, Ed. II. Freiburg, 1883, et iterum 1896.
Our Work in Palestine; being an account of the . . . Palestine Exploration Fund since 1865. London, 1873.
E. H. Palmer, der Schauplatz der Wüstenwanderung Israels. Gotha, 1876.
V. Guerin, La terre sainte. Paris, 1882. sqq.
Fillion, Atlas géographique de la Bible. Lyon, 1890.
G. Gatt, Die Hügel von Jerus. Freib. im Br. 1897.